



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Joannis Nadasi, è Societate Jesu, Annus Caelestis,
Jesu Regi, & Mariae Reginae, Sanctorum Omnis Sacer**

Anni Caelestis Dies, & Festa Mobilia

Nádasi, János

Coloniae Ubiorum, 1667

16 Maji. 17 Kal. Maji.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53527](#)

IS
igesimo
nos na-
e ad glo-
co. ad
deteB.
cripsit)

Spiritus
e, fesi-
a mihi,
n te ro-
nspira-
m, iis
cælum
titudi-

imæ ac
te, qui
ionem
ianam
Domi-
ridere
n inter-
tus es.

n Dei
, &c.
dicant
nitri-
go fe-
aque,
mei,
ATIUS

XVI MAJI.

445

dicatus tibi ; ut dies mortis meæ sit sol-
ennitas exhibita mihi misericordia
tua !

16 Maij. 17 Kal. Maij.

Sancte Ubalde Episc. qui curatis
duobus cæcis, tertio, ut cæcita-
tem mallet, ne oculorum lumen
cordi tenebras faceret, persuasisti;
hostes Cruce abegisti, & cives sedâ-
sti; qui fracto semel brachio, & bis
cruore, patientissimus; inimico, pro
vindictâ osculum pacis dedisti. O
magne puritatis tuæ vindex; maxi-
me ac potentissime, contra spiritus
immundos, Dei sacerdos: impetra
mihi, & nunc, & in agone meo,
verum cordis lumen, &, contra
omnes impuros spiritus, constans
cor; ut illud, & vivens, & moriens,
unicus possideat Deus meus. A-
men.

SS. Aquiline, & Victoriæ, MM.

S. Peregrine Ep. doctrinâ, mira-
culis, animarum lucris, superatis
blanditiis, ac tormentis, capit is
obtruncatione, gloriose Martyr.

SS. Felix, & Gennadi, Marty-
res.

Omnes sancti monachi Martyres
Palæstini.

Cc 7

S. Auda

446 ANNI CÆLESTIS

S. Auda Episc. septenī Presbyteri, novem Diaconi, & septem Virgines, per varia tormenta Martyres.

S. Honorate Episc. qui super B. Virginis aram sacrificans, sacram hostiam, ē Christi, quam videbas, manu accepisti, ab omni carnis inquinamento deinceps illæsus usque ad mortem.

S. Fidole Abba, qui, per Quadragesimam, panem modico, & frigidā, cinere mixtā, contentus jejunasti; cæcis, surdis, claudis, & quodam rabido persanato mirabilis.

S. Domnole Episc. quo orante, sæcularis, bona Ecclesiastica usurpans, morte repentinā extinctus est; qui concionibus, accæcis, & aliis persanatis, pauperibus tuæ mensæ semper adhibitis, magnus, tuos ad sancta hortatus, sanctè in Domino obdormivisti.

Beate Simon Stock.

OMNES SANCTI, &c.
pag. 320.

S. MARIA, qua hodierno tuo B. Simoni singulare tuum, erga tuos clientes, ne pereant, & ut à poenis purgatorii citius liberentur, præsidium declarasti. Fac, ut illa merear solidè, quæ illi dicerus promisisse!

S. MARIA,

S. MARIA, qua anno 1634, supra
obfessam, per plures hebdomades, ab
hoste heretico Überlingam, fidelem
tuo Ferdinando II civitatem, sublimis
innubibus, à civibus es conspecta: &
hostis, re infecta, hoc die obsidionem
solvit; civitas verò votum exsolutu-
ra, ducta publicâ supplicatione, ad
iuum in Eremo Helvetiæ facillum pro-
fessa est. Tuere me, Domina, contra
hostem, sive dæmon ille sit, sive homo.
Ne me expugnari sinas. fac me in-
expugnabilem à tuis, ac meis hostib[us],
S. MARIA; fac vivere, ac mori gratum
tibi!

17 Maij. 16 Kal. Junii.

SANCTE Torpes, è Neronis aulâ,
sanguine tuo aulæ Dei adscripte
Martyr, qui vitream Neroniani
cæli machinam fregisti orando; cu-
jus, post varia tormenta, & mor-
tem, cadaver Angelus navicularius
in Hispaniam navi vexit. Instrue
me aulæ cælesti, sancte aulice; ne
mihi cælum fragile, & vitreum in
terris quærar; sed æternum in Deo
mihi cælum ita vivendo ædificem,
ut animam meam, post mortem
meam, cælo invehat sanctissimus
Angelus custos corporis, & animæ
meæ. Amen.

S. Resti-